



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 59. Caussa Josephi Fulonis S. Genevefæ Abbatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

**Sæcul. XVI.** desertores traducebat, illos inculans,  
A.C. 1593. quod relictæ Ecclesiæ unitate ad hæreticorum castra transferint, insuper etiam toto studio Sorbonnæ Doctores eo induxit, ut illi hosce Viros anathemati irretitos, atque ab Ecclesia segregatos declararent: cum autem id obtinere non posset, ipsus scriptum quodam vulgabat, quo omnibus Ecclesiasticis constituta anathematis pœna interdictum, ne San-Dionysiopolin contenderent: præterea minitabatur, quod Règno excedere, ac Romam reverti vellet. Ergo hanc in rem altera die vigesima tertia Julii Ordinum Conventus habetur, ubi Honoratus Laurentius Ordinum Provincialium Deputatus suadebat, ut Legatus missis quibusdam Deputatis in Regno persistere regaretur: verum Joannes Magister Præfes sese opponens ajebat, consultius fore, ut ejus discessus non impediretur, cum nonnisi dissensiones in urbe sereret.

## §. LIX.

*Causa Josephi Fulonis S. Genevesæ Abbatis.*

**Thu. l. 107.** Sexto antea die Josephus Fulo Abbas  
**Mem. p. 134.** Regularis sanctæ Genevesæ San-Dionysioli, ubi cum Rege circa ejus conversionem agebat, ad Parisinum Ecclesiæ

clesiæ Beatæ Virginis Decanum Ludo-  
vicum Seguerium literas dabat, in qui-  
bus se Regi summopere addictum esse,  
ac cum ingenti animi sui gaudio illius  
ad veram fidem redditum percepisse testa-  
batur: verum literis hisce interceptis  
Fulo comprehensus custodiæ datur, mox-  
que a Maduano Duce judices nominan-  
tur, totiusque caussæ cognitio Legato  
committitur: verum Fulo tanquam a  
Judice non legitimo appellans omnia  
adversus ipsum gesta tanquam irrita  
declarari petebat; unde Legatus hac  
appellatione commotus omnem sollici-  
tudinem, incassum licet, impendit, ut  
ejusmodi provocationes ab abusu, ut  
vocant, abolerentur, nihilominus præ-  
fatus Abbas ad sanctam Genevesam liber-  
tati restitutus San - Dionysiopolin ad  
Regem confugit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1593.

§. LX.

*Henricus IV. Rex in fide orthodoxa  
institutus.*

Etiamsi Legatus Ecclesiasticis ad op-  
pidum sancti Dionyfii accedere pro-  
hibuisset, hi tamen tres Parochi Re-  
gem veræ fidei institutione imbuere fa-  
tagebant, primumque cum eo collo-  
quium summo mane die vigesimâ ter-  
tia Julii habebant: præter hos autem  
ex Praefulibus etiam intererant Regi-  
naldus

Thu. l. 107.  
Avil. l. 13.  
Spond. n. 17.  
Daniel l. c.